

Bemerkungen über die Imhoff'schen Apiden- Arten in der "Isis" von Oken 1832 und 1834 [Schluss]

Autor(en): **Frey-Gessner, E.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Mitteilungen der Schweizerischen Entomologischen Gesellschaft =
Bulletin de la Société Entomologique Suisse = Journal of the
Swiss Entomological Society**

Band (Jahr): **10 (1897-1903)**

Heft 9

PDF erstellt am: **22.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-400613>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Bemerkungen über die Imhoff'schen Apiden-Arten

in der „Isis“ von Oken 1832 und 1834.

Von E. Frey-Gessner.

(Schluss.)

Dichroae rufiventris mas. Feminam a Latreille (genera Crust. et Ins. IV., p. 153; Panzero vix jure citato, qui potius aliam speciem ante oculos habuit) descriptam invenies. Mas ab ea differt statura paulo minore, alis minus infuscatis basi hyalina praesertim posticarum, abdomine apice piceo, basi macula quadrata nigra notata. (Isis 1834, pag. 370.)

Dichroae gibbae mas cum var. Mas genuinus feminae (Melittae sphecoidi Kby.) similis. Antennae ei moniliformes, thoracem superant. Alae hyalinae limbo externo nigricante. Maris varietati abdomen est nigrum sementi secundi margine omni et primi margine postico interdum et laterali rufo. Isis l. c. pag. 370.)

Dichroae Geoffrellae maris varietates. Varietas mascula hujus speciei non raro obvia abdomen habet tam apice late piceo-nigro, quam fascia in segmento secundo et tertio picea notatum.

Rarius datur altera varietas mascula magis a specie vera aberrans, attamen ei plus quam aliae ut opinor, adscribenda. Abdomen ei aequè subrotundum, at statura paulo minor et corpus totum atrum, excepto solo mandibularum apice rufescente. (Isis l. c. pag. 370.)

Wer sich in den letzten Jahren mit der Bestimmung von Sphecodes abgegeben hat, besonders mit Hülfe der trefflichen Arbeiten von Hagen, Thomson und Saunders, wird mit mir übereinstimmen, die Bemerkungen über diese drei Sphecodes hier ruhig liegen zu lassen.

Es folgen nun von pag. 370—372 die bereits besprochenen Andrenen und hierauf eine Reihe Bemerkungen und Beschreibungen von Nomaden. Zur Zeit bin ich mit anderweitigen Arbeiten so in Anspruch genommen, dass ich die Bemerkungen über die hier angeführten Arten auf später verschieben muss; ich wäre übrigens gar nicht eifersüchtig, wenn mein lieber Freund und College Herr Dr. O. Schmiedeknecht, der diese Nomaden besser kennt als ich, die Arbeit übernehmen wollte.

Quum aliquot Nomadae generis species nunc nobis describendae sunt, quaedam praemitemus, quae differentias sexuales in externis partibus habituque ut dicunt corporis exhibitas,

spectant, nec a Klugio, nec a Kirby nec ab alio quantum acimus entomologo adhuc denotatas. (Isis l. c. pag. 373.)

Nomadatum corpus totum, at imprimis abdomen gracilius in mare, quam in femina. Caput ac thorax in illo villosiora quam in hac. In femineis nonnullis Nomadibus scilicet partes istae vel fere glabrae, vel tomento brevissimo instructae, dum in masculis villi uberiores longioresque ibi adsint, et praecipue pectus pube sat densa tectum sit. In thorace femineo scutellum, scilicet ea mesothoracis posterior pars, quae callositatem mox unicam, mox geminam constituit, magis, quam in masculino, cui immo saepius ne illius vestigium quidem concessum sit, elevatum est, aequae colore insuper distincto saepissime tinctum, in his rufo, in illis flavo, in maribus autem nonnunquam frustra quaerendo. Sic et reliqua thoracis feminei pars dispersius, masculini parcius colorata, illi imprimis nonnunquam pleura rufo tincta, cum in mare thoraci concolor sit. Caput tandem antice, labrum mandibulaeque plurium specierum rufum in feminis colorem, in maribus contra flavum exhibent. Dantur etiam in abdominis pictura differentiae sexuales, quae tamen legibus certis difficiliter subiiciendae essent. (Isis 1834, pag. 373.)

Nomada ruficornis et Nomada flava minus speciei illa uxor, hic maritus esse, mihi persuasus sum, etsi eorum copulam nondum observaverim. (Isis l. c. pag. 373.)

Idemque suspicari auserim de **Nomada fucata et Nomada varia** illa scilicet femina, hoc mare. (Isis l. c. p. 373.)

Nomadae alternatae simillimam Nomadam, omni puncto nempe cum diagnosi Kirbyana convenientem bis Basileae cepi, differt modo fasciis flavis abdominis prima et secunda, vel etiam tertia, plus minusve interruptis. (Isis l. c. p. 373.)

Nomada melathoracica. (Isis l. c. p. 373.) Antennarum flagello rufescente, atra, flavonotata, pedibus flavo-rufoque variis, metathoracis pectorisque plaga utrinque fasciisque abdominis flavis. Femina.

Descr. Magnitudine Nom. fucatam aequat, vel istam parum superat. Caput sat profunde punctum, nigrum, mandibulae apice rufae, labrum, clypeus, orbita inferior, maculaque parva subrotunda supra clypeum flava, antennae rufae, supra versus apicem infuscatae, scapo subtus flavo. Thorax sicut caput punctis asperulatus, niger, flavo pictus; flava scilicet sunt callositas linearis transversa antica, tegula, punctum callosum pleurae, callositas gemina scutellaris, macula oblonga utrinque in metathorace et mesosterno; pili brevissimi cani, sericei in sterno. Pedes rufi, coxis subtus flavis supra nigris, femoribus anteriori-

bus canto infero prius nigro, tunc flavo, posticis latere interno macula media, exterius totis nigris, tibiis anticis antierius, mediis apice, posticis lateris antici basi et apice flavis. Abdomen laeve, nitidum, flavo fasciatum, interstitia fasciarum supra nigra, ad latera et subtus ex nigro rufa, fasciae tergi parum angustiores quam ventris, segmentum primum tamen solummodo supra fascia per ejus medium ducta, antice quinquies excisa instructa, infra fasciae loco macula oblonga media; fasciae reliquae basin segmentorum occupant, secunda versus latera dilata, medio coarctata, tertia praecedenti conformis, dimidio tamen angustior, quarta quartum segmentum fere totum tegit, relicto margine postico tenui rufescente, segmentum quintum totum flavum, sextum absconditum.

Capta die 15 Junii 1831 et fine Maji 1833 supra terram argillaceam.

Nomada integra. (Isis l. c. pag. 374.) Antennis rufescentibus, supra infuscatis, atra, maculis duabus faciei, punctis thoracis fasciis abdominis tibiisque flavis. Femina.

Descr. Magnitudine et statura Nom. fucatae. Caput dilute-fusco-pubescentibus, atrum, macula utrinque ad orbitam internam versus os flava, mandibulis summa basi et medio rufo piceis; labrum in medio marginis antici tuberculo parva acuto; antennae infra rufescentes, supra fuscae. Thorax dilute-fusco-pubescentibus, ater, lineolo antica interrupta, tegula, puncto calloso ad pleuram, punctisque duobus tribusve scutellaribus flavis. Pedes tricolores; coxae trochanteresque nigra, femora nigra antica supra rufoferruginea, media antice rufoferruginea, postica apice flava, tibiae flavae, posticae interne versus apicem fuscae, tarsi anteriores flavi, postici rufoferruginei. Abdomen nitidum, nigrum, fasciis tergi quinque, ventris quatuor contiguis, secunda tergi ceteris latiore, antice excisa postice late sinuata.

Unicum hujus Nomadae specimen possideo, nescio ubi captum, at certe europaeum.

Nomada ventralis. (Isis l. c. pag. 374.) Antennis rufescentibus, abdomine maculis fasciisque flavis, ventre fasciis duabus rufis. Femina.

Descr. Magnitudine et statura Nom. fucatae. Caput dilute-fusco pubescens, atrum, mandibulis, labro, margine clypei antico, orbitaque interna antennarum insertionis altitudinem non excedente rufis, mandibularum apex ipse niger; antennae rufae, sola basi superne nigro-notata. Thorax dilute fusco pubescens, ater, lineolis duabus transversis anticis, tegula, puncto calloso utrinque ad pleuram, duobusque scutellaribus flavis. Pedes rufi, coxis nigris summo apice rufo, trochanteribus nigris apice rufo,

femoribus anterioribus rufis macula baseos infera nigra, posticis nigris apice et antice rufis, tibiis posticis antice basi summa flava. Abdomen nitidum, nigrum, maculis fasciisque tergi flavis, scilicet in primi segmenti medio maculae duae parvae fere junetae, in secundo segmento macula major oblonga transversa utrinque, una ab altera spatio majori sejuncta, in tertio macula utrinque linearis, spatio aequali interjacente, in quarto tandem fascia contigua cum vestigio fissurae, segmentum quintum totum flavum; segmentorum ventralium primum totum nigrum, in secundo et tertio fascia rufa, in quarto macula media subgemina flava in disco rufescens.

Capta Basileae nescio quonam mense.

Nomadae Jacobeae Pzr. (Apis Jacobeae Kby.). Femina quoque mihi nota, e germania missa, distincta a mare thorace fere nudo pedumque summa modo basi nigra, supera nempe coxarum pars nigra, posticarum infera pars tota flava. Addendum adhuc, nomen *N. Solidaginis* ab Illigero huic speciei datum, non convenire, si perpenderit, quae a Panzero in Fauna germanica ad *N. Jacobeae* et *Solidaginis* notantur. (Isis l. c. pag. 375.)

Nomada intermedia. (Isis l. c. pag. 375.) Antennis obscuris, subtus rufescentibus, abdomine rufo basi ventrisque fasciis nigris, tergi maculis fasciisque flavis. Femina.

Descr. Media inter *N. ruficornem* et *focatam*. Caput dilute fusco pubescens, atrum clypei margine antico, labro, mandibulis orbitaque superiore flagello antennarum subtus rufis, in medio labro tuberculum minimum acutum. Thorax dilute fusco pubescens, ater, tegula, puncto calloso pleurae et callositate fere gemina scutellari rufis. Coxae trochanteresque nigra, summo apice rufo; femora anteriore rufa, basi subtus nigra, postica nigra apice rufo; tibiae rufae, anteriores externa macula media nigra; tarsi rufi. Abdomen nitidum infra rufum, nigro fasciatum, supra segmento primo basi nigro, tunc rufo, postice obscuriore, secundo antice rufo, postice obscuriore, utrinque macula ovata flava, tertium antice striga utrinque flava, postice obscure rufo, quarto antice fascia contigua media, lateribus rufis, postice obscuro, quinto macula media quadrata flava lateribus rufis, sexto rufo. In altero specimine maculae minus remotae fere in fascias confluunt.

Bis capta a me Basileae nescio quonam tempore.

Nomadae Capreae haec valde affinis videtur.

Nomadam Basileae cepi cum *N. lineola* Pzr. plurimis notis convenientem sequentibus tamen diversam: antennarum scapus niger, puncta thoracis omnia rufa, pedum basis nigra, abdominis

macula fasciaque potius albae quam flavae dicendae. An hujus varietas? an propria species? (Isis l. c. pag. 376.)

Nomada lateralis Pzr. (Isis l. c. pag. 376.) Nigra, puncto calloso pleurae flavo, antennarum flagello in femina fere toto, in mare subtus, tibiis, tarsis abdomineque flavonotato rufis.

Femina abdomine punctis duobus flavis.

Mas abdomine flavo-maculato-fasciatoque.

Diagnosis hujus speciei jam quidem a Panzero data est, at mari et feminae propria; nostram ergo hic proponimus, ut percipiatur, quid ambo sexus inter se communis, quid unusquisque proprii habet.

Apis xanthosticta Kby. feminae nostrae valde affinis est, vel immo una eademque cum hac esse posset.

Apis flavo-guttata Kby. fortasse mas noster.

Api Fabriciellae Kby. fortasse *Nomada germanica* Pzr. jungenda quippe quae solummodo maculis flavis duabus abdominis destituta est, laeve certe discrimen, quum ex aliis *Nomadis* docemur, maculas abdominis numero interdum variare. (Isis l. c. pag. 376.)

Nomadam cepi Basileae, quacum diagnosis *Apis quadrinotatae* Kby. omnino quadrat paucis exceptis notis. In mea enim picea sunt femora anteriora antice, tibiae tarsisque anteriores tarsorum posticorum articuli ultimi, et flagelli antennarum latus inferius. (Isis l. c. pag. 376.)

Nomada terminalis. (Isis l. c. pag. 376.) Abdomine pedibusque anterioribus rufis, basi nigris, punctis abdominis anticis nigris, fasciis posticis nigropiceis.

Deser. Femina *N. fucata* fem. paulo minor. Caput dilute fusco-antice argenteo-pubescens, atrum, mandibulis saepiusque margine antico clypei rufis, labrum tuberculo medio minuto acuto, in plurimis sublaeve, in nonnullis scabrum, antennae nigrae, flagello subtus rufo. Thorax dilute fusco-, subtus et in metathorace argenteo-pubescens, atrum, linea transversa antica, tegula, puncto calloso pleurae, duobusque scutellaribus rufis. Pedes anteriores rufi, coxis, trochanteribus, femorum basi infera tibiarumque linea externa nigris, postici coxis et trochanteribus nigris, femoribus apice et supra versus basin rufis, reliquum nigris, tibiis rufis latere uno, saepe et altero apice et interdum basi nigro notatis, metatarsis nigris, dactylis rufis. Abdomen nitidum, rufum, lateribus et versus apicem pube tenui albida, tergi segmentum primum a basi ad medium usque nigrum, macula utrinque nigra huic et secundo segmento communi, secundum utrinque macula nigra interdum versus medium producta,

tertium et quartum fascia postica nigro-picea, ventris maculis mediis transversis nigris quinque, prima biloba, tertia interdum deficiente.

Mas differt thorace punctis scutellaribus callosis destituto, et abdominis pube densiore.

Unicum marem 12 April, pluresque feminas Majo cepi.

Huic affinis certe *Nomada*, quae nomine *germanicae* ab Olivier (in *Encycl. méthod. Insect.* Tom. VIII, pag. 372 n° 32) describitur, allegatis Fabricio et Panzero. Istius *N. germanica* tamen alia, Fabricii contra cum nostra terminali plurime convenit, ut e diagnosi Fabriciana ab Oliviero repetita concludere licet: „Nom. abdomen rufo, segmento primo basi, reliquis utrinque puncto nigro.“

Nomadae furvae maris var. et femina cum variet. (*Isis* l. c. pag. 377.) Marem hujus *Nomadae* a Panzero descriptum satis variare plurimis speciminibus, quae nobis ante oculos sunt, docemur. In capite saepius flavo sunt punctum ad verticem oculorum margo clypei anticus, hypostomatis angulus utrinque, antennae: istae versus apicem rufescunt; interdum color flavus uni alteriore hujum partium vel immo omnibus negatus est; antennae longitudine variae, saepissime thoracis apicem attingunt, interdum breviores, crassiusculae, articulo primo praecipue incrassato. Thoracis tegulam et punctum callosum semper rufa reperi nec flava, sicut Panzero visa sunt.

Nec color pedum, qui cum nigro alternat, flavus sed potius rufus s. ferrugineus dicendus. In abdomine color modo niger, modo rufus praevalet flavo immixto vel deficiente. Rufum, dum adest, medio abdominis venit, relictis basi nigra et apice fusciscentis, segmentis ipsis rufo tinctis adhuc margo posticus plerumque fuscus est; maculae aut strigae laterales vel laete-vel obscure-flavae plerumque segmentis nonnullis, fere semper secundo cum tertio, sed etiam quarto, immo et quinto et sexto concessae sunt, posticae quandoque in fasciam angustam unitae.

Feminae pluribus notis a mare differt. Antennae subtus totae rufae, supra fuscae sunt. Clypei margo anticus, mandibulae orbitaque hic illic interrupta rufa. In thorace rufa sunt linea transversa antica, linea longitudinalis utrinque juxta alas ad scutellum usque ducta duaeque in medio thorace, hac et illa saepius tamen obsoletae, tegula, punctum callosum pleurae, macula magna sub alis, callositas gemina scutellaris et linea huic subjacens transversa. Certo situ macula apparet argenteo-tomentosa in pectoris latere, utrinque in metathorace et ad pedum posticorum coxas. Pedes rufi basi nigro maculati. Abdominis

basis nigra, reliquum rufum nigro plus minusve fasciatum, nec nisi in medio utrinque interdum puncto flavo notatum.

Feminae varietas mihi est insigni magnitudine Nomadae fucata scilicet vix minor, ceterum feminae geminae simillima, differt solummodo antennis, quae superne ante apicem et paululum ad basin nigrae, ceterum rufae sunt.

Es folgt nun von pag. 378—382 ein Verzeichniss der Apiden und weil dasjenige in Silbermanns Revue nicht wörtlich damit übereinstimmt, so wäre es am Platz, dasselbe hier folgen zu lassen; ich unterlasse es aber, weil ich nicht einsehe, dass damit noch etwas zur weitem Aufklärung der Synonymie erreicht werden könnte.

Als Schluss seiner Arbeit in der Isis von Oken 1834, pag. 382, fügt Dr. L. Imhoff die Nota über *Colletes hirta* an, welche ich im Eingang im Zusammenhang mit dieser Species schon angeführt habe.

Was meinen lieben verehrten Senior Dr. L. Imhoff veranlasst haben mag, seine Arbeit in der Isis später, 1847 und 1866, grösstentheils zu ignoriren, kann ich nicht sagen. Wir sahen uns vor ungefähr 40—45 Jahren auf Excursionen im Jura. Imhoff und der eifrige Coleopterologe B. Bischoff-Ehinger kamen von Basel, ich von Aarau her. Auf dem Hauenstein oder auf der Schafmatt fanden wir uns Insecten sammelnd an den Waldsäumen oder auf den grasigen Abhängen. Damals befasste ich mich noch nicht mit den Hymenoptern und wohl desswegen sprachen wir auch nicht über Imhoff's Arbeit in der Isis. Unsere Unterhaltung über Hymenopteren beschränkte sich darauf, dass ich meine ganze Ausbeute dieser Thiere mehrere Jahre hintereinander regelmässig Herrn Dr. Imhoff schenkte, unbestimmt, und nur jedes Stück mit der genauen Fundorts- und Fangzeitangabe versehen.
